



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

L

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Reip. Ciuitatis, &c. non extenditur ad statuta quæ in desuetudinem abierunt. Sanch. & alij 6. p. 3. tr. 6. ref. 39.

8 Blasphemix & iuramenta falsa, orta ex prauâ consuetudine, & per inadvertentiam prolata, non sunt peccata mortalia. Suar. & alij 4. Quare ita iurantibus non est absolutio deneganda; sed admonendi sunt vt se accusent de negligentia in hac consuetudine extirpanda. *ibid.* tr. 5. ref. 62.

9 Potest peti iuramentum ab eo qui scitur peieraturus; modò adsit iusta causa petendi. Suar. & Hurtad. p. 5. tr. 7. *resol.* 9.

10 Inducere aliquem ad iurandum id quod ipse ex ignorantia putat esse verum, licet à parte rei sit falsum, non est peccatum; quia ignorantia in illo casu reddit iuramentum honestum. Hurtad. quamuis communiùs contrarium doceant. *ibid.* ref. 14.

L

LEGATVM.

1 Quando relinquitur alicui legatum sub conditione, v.g. *si non nupsit.*

nupserit, vel si religionem non ingrediatur, potest legatarius in foro interiori, & exteriori accipere legatum, etiam si non impleat has condiciones: cum à iure merito reprobentur, & pro non appositis habeantur. Sanchez & alij 2. p. 3. tr. 5. res. 57.

2 Legatum feminae sub conditione castè, & honestè viuendi, non intelligitur in perpetuum, sed certo tempore, arbitrio prudentis, puta 10. annorum: vnde etsi postea fornicetur, debetur ei legatum. Homobon. p. 5. tr. 14. res. 84.

3 Tenetur hæres cum primùm poterit soluere legata. (Villalob. & alij 4.) In illis autem soluendis non est locus gratificationi, sed pro æquis portionibus sunt soluenda. Sanch. & alij 2 p. 3. tr. 5. res. 59. & 60. Quòd si aliquod legatum sit tali anno soluendum, quamuis communiter tantùm debeat in fine anni, at in causâ piâ debetur statim. Tiraquell. & alij 3. ibid. tr. 6. res. 29.

4 Circa legata pro virginibus maritandis hæc sunt obseruanda. 1. legatum pro Virgine maritandâ nō patitur cōmutationē cum alio pio opere. 2. legatum alicui puellæ nominatim relictum

pro eâ maritandâ, illam sequitur si ingrediatur religionem: imò etiam quod generaliter pro virginibus maritandis relictum est. Pontius & alij 3.3. legatum pro virginibus orphanis maritandis, potest dari habentibus parentes pauperes, & inutiles, nisi concurrerent simul verè parentibus orbatæ: sicut & relictum viduis potest dari habentibus maritos inutiles. 4. legatum pro orphanis maritandis, dari potest puellis expositis, quæ parentes suos ignorant. Ut quis autem dicatur orphanus ad consequendum tale legatum, sufficit si careat solo patre, etsi habeat matrem. 5. legatum relictum pro virginibus maritandis, potest eutâ conscientiam retineri ab eâ quæ habetur virgo, licet sit corrupta. 6. legatum relictum pro dotandis puellis, debetur puellis nuptis sine dote, vel cum tenui dote, quia causa pietatis adhuc durat. 7. legatum relictum alicui puellæ pro dote, si factum sit pro animâ testatoris, & puella moriatur antequam nubat, non extinguatur, sed debetur alteri puellæ pauperi. p. 2. tr. 16. res. 50. & p. 4. tr. 4. res. 140. & 164. & p. 5. tr. 14. res. 35.

3 Legatum pro maritandis puellis
pau.

pauperibus procedit etiam quoad vi-
duas pauperes: secus si factum esset pro
virginibus maritandis *p. 3. tr. 6. ref. 29.*

6 Legatum pro fabricâ templi, potest
expendi pro ornamentis, & aliis cultui
diuino necessariis. Item legatum di-
stribuendum quotannis, potest totum
simul dari. v.g. alicui hospitali. Item
legatum naturalibus alicuius loci. po-
test dari iis qui ibi decennio habita-
runt, licet aliunde sint oriundi, nisi
constet de animo non manendi ibi
perpetuo. Sanchez. *p. 4. tr. 4. ref. 140.*

7 Legatum factum genericè, licet re-
gulariter debeat intelligi de minori, si-
ne viliori, tamen in propriâ causâ de-
bet intelligi de meliori. Item legatum
consanguineo pauperi, debet dari pau-
periori. Thorus. *p. 3. tr. 6. ref. 29.*

8 Legatum alicui Ecclesiæ perpetuò
quotannis soluendum, extinguitur per
non solutionem 100. annorum. Nald.
& alii. sed contrarium probabile est, &
in praxi ferè seruatur, etsi prius in iure
sit probabilius. *p. 5. tr. 14. ref. 84.*

Vide *Testamentum.*

Legatus.

Quamuis Legati iure gentium sint
inviolabiles; possunt tamen puniri
à

à Principe apud quem sunt, si delictum committant, quod iure gentium damnetur : quia non debet eis suffragari ius, quod ipsi primi violarunt. Farinac. & alij 16. Hoc tamen intelligendum est de solis Legatis Principum secularium, nam Nuntij Pontificis cum totâ familiâ, etiam laicâ vndequaue immunes sunt. *p. 6. tr. 8. ref. 2.*

Leges.

Leges humanæ ciuiles vt obligent, requiritur acceptatio populi, alioquin essent nimis onerosæ. (Lessius & alij 11.) Leges autem Pontificiæ ab eiusmodi acceptatione non pendent; quia Pontif. iurisdictionem accipit immediatè à Deo: (Suar. & alij 7.) si tamen per non vsum aliqua est abrogata non obligat amplius *p. 1. tr. 10. ref. 1.*

2 Qui primi contra legem laicam agunt, nec eam acceptant, peccant. (Suar. & alij 8) etsi quidâ contrarium doceant. (Bonacin. & alij 2.) Quòd si Episcopi & Principes, qui tunc viuunt cum lex Pontificis primùm promulgatur, eam non recipiunt; successores eorum excusantur. Becan. Semper tamen licet supplicationem pro reuocandâ lege por-

porrigere, & interim illam non serua-
re, donec legislator mentem suam ape-
ruerit. Suar. & alij 3. *ibid. res. 2. 5. & 6.*
& *p. 5. tr. 14. res. 8.*

3 Non tenentur Episcopi procurare ut
leges Pontificie in suis dioccesibus pro-
mulgentur, aut recipiantur, nisi Ponti-
fex hoc ipsis committat. Præpos. &
Sylu *p. 6. tr. 6. res. 38* sed non est necesse
illas promulgari in singulis dioccesibus,
& prouincijs, sufficit si Romæ promul-
gentur. (Suarez, Vasquez & alij 26.)
Non tamen censentur obligare, nisi
post duos menses, à promulgatione.
(Valent. & alij 10.) Imò probabile est, &
tutum, non obligare, nisi post promul-
gationem in singulis dioccesibus. Moli-
na & alij 16 *p. 1. tr. 10. res. 8. & 9. & p. 5.*
tr. 14. res. 25. & p. 6. tr. 6. res. 39.

4 Ius ciuile extra ditiones imperij non
obligat, nisi quantum alij Principes il-
lud adniserunt. Salas & alij 5. Decretū
autem Gratiani nullibi habet vim legis,
neque ex Auctoribus, neque ex aucto-
ritate Pontificis, neque ex consuetudi-
ne. Suar. & alij 8 *p. 5. tr. 14. res. 69. & 68.*

5 Lex quæ fertur, verbo imperatiuo,
regulariter loquendo, obligat sub mor-
tali (v.g. *Sacerdotes quamprimum confi-*

teantur si celebrauerint, &c.) quando est materia grauis, nisi aliud ex coniecturis appareat. (Vasquez & alij, 3.) Sed nō defunt qui contrarium doceant. Ledesm. & alij 2. Nemo tamen obligatur ante septennium, etsi habeat vsum rationis, nam hoc per accidens est. Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 191. & tr. 3. ref. 52.

6 Vt lex non obliget, satis est eam nō obseruari, etiam si Princeps hoc nesciat: quia leges humanæ feruntur cum hac tacitâ conditione, si populus recipiat. Salas & alij 2. p. 1. tr. 10. ref. 4.

7 Non-vsus, quando continet vsum contrarium, quod fit quando repugnat præcepto affirmatiuo, potest abrogare legem. Lorca & alij. Et ad hoc non requiritur certum tempus, sed solūm repugnantia per actus contrarios, sufficientes iudicio prudentium: nullum enim ius præscribit certum tempus, v.g. 10. annorum. Suar. & alij 4. Sciente Principe & non puniente, vel eius Auditoribus, & Episcopis, aliqui sentiunt sufficere duos, vel tres actus contra legem. Azor. & alij 6. sed hoc potius relinquendum est arbitrio iudicis. Pontius & alij 3. *ibid.* ref. 7. & p. 6. tr. 5. ref. 18. 6. & 7. Imò quidam doceant nullam requiri

quiri præscriptionem, quoad forum conscientia, sed satis esse quòd consuetudo sit rationabilis. Palatio. quod an sit probabile, tu cogita; nam communiter, contrarium docent. *p. 5. tract. 14. resol. 62.*

8 Quando cessat finis adæquatus legis in casu particulari, cessat etiam obligatio. Quia valet argumentum de toto ad partem, ex eo quòd quando ratio legis cessat in totum, cesset etiam lex in totum. *Granad. & alij 9. p. 1. tr. 10. res. 28.*

9 Lex fundata in præsumptione non obligat in conscientia, si præsumptio in aliquo casu sit falsa. Quare hæres qui non confecit inventarium, non tenetur in foro conscientia solvere legata, vel debita defuncti, si excedant vires hæreditatis. *Layman & alij 5. idi. res. 27.*

10 In dubio circa legem, non est locus Epieikeia, sed seruanda sunt verba legis, ut sonant: quia lex est in possessione. *Suarez, & alij 6. Contrarium tamen tenet Salas & alij 3. p. 4. tr. 3. res. 23.*

11 Si dubitetur an lex sit vsu recepta, vel an obliget ad mortale, potest quis adhærere sententia neganti, (*Nauar. & Azor.*) An consuetudo sit inducta ex intentione obligandi, an verò sit tau-

tum deuotionis, & honestatis; hoc posterius est præsumendum. Suarez & alij 6. p. 1. tr. 10. res. 3. 25. & 30. & p. 4. tr. 3. res. 58. & p. 6. tr. 5. res. 12. Imò, etsi certus sis de lege, si tamen dubites an ratione alicuius necessitatis, vel alterius circumstantiæ excuseris, probabiliter non teneris eam seruare, si eius executio est tibi incommoda, & molesta. Salas. p. 4. tr. 3. res. 22.

12 Legislator qui non habet Superiorem, tenetur quidem legibus quæ omnes obligant, vt taxantibus pretia mercium: non tamen vi coercitiuâ, sed directiuâ, vt sit conformitas inter caput, & membra: sed non peccat mortaliter si eas non seruet, nisi iurauerit se seruaturum. Lessius & alij 3. p. 1. tr. 10. resol. 10.

13 Regulares non tenentur obseruare leges Synodales Episcoporum nisi ex decentiâ, & ad vitandum scandalum. Suar. & alij 6. Sunt tamen multi casus in quibus Religiosi etiam exempti tenentur legibus, & sententiis Episcoporum, quia sunt in iure expressi. *ibid* res. 11.

14 Lex pœnalis Ecclesiastica, putâ excomm. suspensionis, &c. obligat sub mortali, ex communi DD. sententiâ.

Quam-

Quamuis id negent de alijs pœnis, ex-
ceptâ excomm. Valent. & Salon. *ibid.*
ref. 21.

15 Lex pœnalis siue purè pœnalis, siue
mixta in materiâ graui, v.g. quæ ali-
quid vetat sub pœnâ capitis, cōfiscatio-
nis bonorum, dānationis ad triremes,
&c. obligat sub peccato mortali. Quia
pœna supponit culpam. Suarez, & alij
14. Contrarium tamen est probabile.
Nauarr. & alij 7. *ibid.* *ref. 17. 18. & 20.*

16 Declarationes Cardinalium maxi-
mi quidem sunt ponderis, tamen vim
legis non obtinent: quia lex non obli-
gat nisi promulgetur; sed dictæ de-
clarationes non promulgantur. Sanch.
& alij 8. *ibid.* *ref. 29. Sed postea iudicium*
suspendit Aucter. p. 5. tr. 2. ref. 96.

17 Regulæ Cancellariæ non obligant
in foro interiori: quare donatio inter
vivos facta per Episcopum intra viginti
dies ante obitum, valet in foro con-
scientiæ, licet per regulam Cancellariæ
sit nulla. Valerus. *p. 1. tr. 10. ref. 43.*

Vide *Pœna Statutum.*

Ludus, Ludere.

1 **Q**ui domum suam exponit om-
nibus ad ludendum aleâ, peccat
mor-

mortaliter: nam talis ludus rarissime absque peccato mortali exercetur; quare ex lege naturali oritur obligatio non ministrandi ludentibus materiam peccati. Molina, & alij 17. Vnde infertur si lusores teneantur ad restitutionem, & non restituant, ipsos teneri satisfacere. La Cruz & alij 6 p. 2. tr. 15. ref. 65

2 Clerici beneficiarij, & qui sunt in sacris, peccant mortaliter sæpè ludentes per modum consuetudinis ludis prohibitis alearum, &c. secus si tantùm semel, atque iterum sine scandalo. (Sanchez & alij 3.) Quod procedit, etiam si luderent recreationis causâ. Sed contrà sentiunt Syluest. & Antonin. An eadè sit ratio de puris Religiosis? negat Salas, affirmat Sanch p. 4. tr. 4. ref. 183.

3 Non tenetur quis soluere pecunias, quas ludo prohibito perdidit: cùm leges concedant ius repetendi sic amissas. Secus est, si alicubi id ius non concederetur, vel ludentes cesserint iure suo. Molina & alij 6. licet quidam hoc inualidè factum putent. Rebell. & Covarr. p. 2. tr. 17. ref. 8.

4 Si filius familias, qui nõ potest multum perdere, lucratus sit in ludo magnam pecuniarum summam, non tenetur

zur ad restitutionem (Sanchez & alij 6.)
praesertim si colludens sciebat illum
esse filium familias, sic enim videtur
cessisse iure suo. Henriq. & alij 5. p. 1.
tr. 8. ref. 67.

5 Qui cum multum perdidit cogit al-
terum adhuc ludere, atque ita & sua
recuperat, & alia lucratur, non tenetur
haec restituere: quia remanet in altero
sufficiens voluntarium. Molina & alij
3 p. 2. tr. 17. ref. 27.

6 Qui ab altero ludente falsis char-
tis, vel aleis est lucratus, non tenetur re-
stituere: quia inaequalitas quae hic est,
procedit ex culpa alterius ludentis. D.
Thom. & alij 7 p. 4. tr. 4. ref. 169.

7 Qui per fraudem in ludo est lucra-
tus, & dubitat an alter fuisset lucratu-
rus, nisi ipse fraudem fecisset, non te-
netur restituere rem suam quam forte
perdidisset, quia est in possessione il-
lius; sed illam solum, quam fraude lu-
cratus est. Lessius & alij 3. Qui ve-
o dubitat an per fraudem sit lucratus, tene-
tur restituere: quia in dubio non potest
acquirere, & melior est conditio alte-
rius possidentis. Fill. uc. *ibid.* tr. 3. ref. 75.

Luxuria.

1 **O**missio orationis in graui tentatione carnis, vbi est periculum consensus, non est speciale peccatum, distinctum ab eo ad quod vitandū requirebatur oratio. *p. 3. tr. 5. ref. 16.* Neque mulier pręgnans ad vincendas carnis tentationes, tenetur ieiunare cum periculo prolis. *Homobon. part. 1. tr. 9. ref. 30.*

2 Si in cogitationibus venereis voluntas nec consentiat, nec dissentiat positiuè, sed tantū permissiuè se habeat, non impediendo, nec reprimendo motus luxurię quos potest reprimere, probabiliter non est peccatum mortale. *Sanchez & alij 9. p. 2 tr. 17. ref. 33.*

3 Femina vi compressa non peccat, si habeat firmam voluntatem non consentiendi, & si impediatur quantum in se est, ne sibi vis inferatur, clamore, & nisu corporis; alioquin sensetur consentire: *Valent. & alij 6.* tamen si obniti nō potest, vel clamare ad vitandam mortem, vel graue incommodum infamie, vel in bonis, potest (etiam secundū quosdam cum periculo consentiendi. *Salas & Freytas*) pati externam corruptionem non consentiendo, sed mere

re

rè passiuè se habendo. Curiel. & alij 6.
p.3.tr.6.ref.31. & in addit.3.p.ref.27.

4 Si qua mulier in choreis sciat se tangi intentione malâ, modò tactus ex suo genere sit licitus, vr̄ confertio manuum in choreis, vel oscula vr̄banitatis, non peccat eiusmodi tactus admittendo coram aliis. Filliuc. *p.3.tr.5.ref.22.*

5 Non est peccatum mortale interesse Comœdiis, si audiantur, aut spectentur ob solam curiositatē, absque periculo lapsus, etiam si res turpes turpi modo exhibeantur: tamen est periculosæ plenum opus aleæ. Sanch. & alij 7. Sed peccant saltē qui primi eò confluunt, quatenus soluendo pretium sunt causa vr̄ talis comœdia exhibeatur. (Hurtad. & alij 3.) sicut peccant magistratus si eas approbent: quòd si solùm non puniant, possunt interdum excusari. Baldell. *p.2.tr.17.ref.35. & p.5.tr.13.ref.81.*

6 In delectatione morosâ nihil est opus fateri circumstantias personæ circa quam, si delectatio consistat in simplici complacentiâ, nam talis delectatio quæ fertur in feminam coniugatam, non habet malitiam distinctam ab eâ quæ fertur in virginem: quia neque expressè, neque interpretatiuè approba-

probatu*r* iniuria in maritum. Idem est si feratur in personam affinem, vel religiosam. Vasqu. & alij 7. p. 1. tr. 7. res. 48. & p. 2. tr. 17. res. 34. & p. 3. tr. 4. res. 67.

7 Delectatio de actu coniugij præterito, vel futuro, quæ absente coniuge habetur etiam cum sensibili commotione, modò absit periculum pollutionis, non est p. m. quia illa per se tendit ad opus coniugale, & per accidens est quòd propter absentiam coniugis, nunc exerceri non possit. Vasquez & alij 12. Quod verum est, etsi copula esset interdicta ob aliquam circumstantiam extrinsecam, v. g. si illicita est ob periculum abortus, vel si superueniat impotentia coeundi: cum enim hæc opponantur soli copulæ, solus huius usus redditur illicitus, non autem delectatio. Sanchez & alij 21. p. 2. tract. 17. res. 36. & p. 3. tr. 4. res. 224. Aliud esset si coniux postea fecisset votum castitatis: quia per hoc prohibetur omnis delectatio sensibilis venerea. Vasq. & alij p. 3. tr. 6. res. 73.

8 Si vidua, vel sponsa de futuro carnaliter delectetur de copulâ præteritâ, vel futurâ, vtraque peccat mortaliter. Quia sicut actus venerens externus vtrique est illicitus, ita & delectatio. Vasquez & alij

alij
Me
9
len
int
liq
mo
Sal
na
se
uo
son
de
fier
ne,
lun
tion
Sed
p. 3.
11
sed
ben
qui
ne t
alij
ecc
con
lice

alij 13. quamuis contrarium doceat Medina & alij 5. *ibid. tr. 5. ref. 2.*

9 Tactus & oscula ob solam sensibilem delectationem absque aliâ sinistra intentione alterius delectationis de aliquo actu luxurioso, vitanda sunt sub mortali. Filliuc. et si alij contrâ sentiant: Salas & alij 3 *p. 4. tr. 4. ref. 136.*

10 Tangere immediatè viri, vel feminae verenda, vel alias partes corporis secretiores, est p. m. quia id valdè provocat ad luxuriam. Item aspicere personam alterius sexus nudam, nisi valdè leuiter, & quasi per transfennam id fieret; vel attentâ ætate & complexione, quis prudenter sibi persuaderet nullum esse periculum magnæ commotionis, etiamsi ex proposito inspiceret: Sed tu hæc fuge. Granad. & Syluius. *p. 3. tr. 5. ref. 88. & 89.*

11 Tactus impudici facti in Ecclesiâ, sed sine periculo pollutionis, non habent ratione loci specialem malitiam: quia Ecclesia violatur tantùm emissione sanguinis, & seminis. Sanchez & alij 3. Sed pollutio, & fornicatio etiam occultè facta in Ecclesiâ probabiliùs continent specialem malitiam: quia licet nullum sit scandalum, tamen loci

sanctitas violatur. Suarez & alij 3. Sed contrarium etiam probabiliter docet Vasquez & Pontius. *p. 1. tr. 7. res. 25. & 27. & p. 2. tr. 17. res. 23. & p. 3. tr. 4. res. 67. 12.* Tactus, oscula, &c. inter coniugatos non semper sunt p. m. licet cum periculo pollutionis, imò etiam cum pollutione, si accidat præter intentionem. Sanchez & alij 2. Quæ si fiant in partibus pudendis, ut non sint mortalia, debet abesse periculum pollutionis, sed non commotio membrorum. Sanchez & alij 3. etsi alij reclamant. Præpos. & Villalob. Quod si maritus membrum immittat in os coniugis, non est simplex tactus, sed inchoatio copulæ contra naturam, & ideo mortalis. Fagund. etsi contrarium doceat Sanch. Inter sponsos verò de futuro cohonestantur à sponsalibus, si tactus non sint impudici, & absit periculum pollutionis. Sanchez & alij 13. *p. 3. tr. 4. res. 217. 215. & 226. & p. 2. tr. 17. res. 6. & 27. & p. 6. tr. 7. res. 7. & 65.*

13. Si coniugatus seipsum tangat voluptatis causâ, extra actum coniugij, peccat mortaliter, etiam si absit periculum pollutionis, quia non habet dominium sui corporis, in ordine ad ven-

rem

rem secum explendam, sed tantum in ordine ad illam explendam cum coniuge. Vasquez & alij 4. Sed contrarium docet Sanchez. p. 3. tr. 4. ref. 215.

14 Confricare genitalia brutorum sine delectatione, ex curiositate inspiciendi semen, non est peccatum mortale; quia non est mortale impedire generationem bruti. Sanchez p. 2. tr. 17. ref. 37.

15 Qui fornicatur, tenetur se retrahere ante spermatismum, etsi complexiam seminat: imò etsi ex vi prioris commotionis post retractionem esset futura seminatio extra vas: quia omni momento tenetur opus prauum abrumpere, & quamvis inde sequatur aliud incommodum, quod sit contra naturam generationis, illud per accidens, & præter intentionem obuenit. Sanchez & Lessius p. 3. tr. 4. ref. 227. & p. 6. tr. 6. ref. 37.

16 Pollutio quæ sequitur ex verbis amatoriis, ex adspectu curioso feminae, ebrietate, nimia comestione, &c. non est p. m. etsi sit præuisa, sed tunc tantum, quando eius causa est mortalis in genere luxuria. Vasq. & alij 7 p. 1. tr. 7. ref. 65. & p. 2. tr. 15. ref. 31. Imò quæ sequitur in somnis ex quouis præcedenti peccato,

etiam in genere luxuriæ, non est mortalis, nisi causa posita fuerit eâ intentione, vt pollutio in somnis sequeretur: aliàs si causa dum præterit erat nõ influebat efficaciter in pollutionem, multò minùs id potest dum præteriit. Sancius. p. 5. tr. 13. ref. 4. Vniuersim ad excusandas pollutiones prouenientes ex actionibus ceteroquin licitis non requiritur causa necessaria, aut valde vrgens. p. 6. tr. 6. ref. 37.

17 Ad semen corruptum expellendum vel ad pruritus sedandum, fas est conficere verenda, licet præter intentionem sequatur feminis emissio. Sanchez & alij 5 (Contra sentit Auctor. p. 3. tr. 5. ref. 85) Item potest chirurgus curationis causâ atrectare pudenda infirmum cum periculo pollutionis. (Lessius & alij 2.) Non tamen cum periculo consensus, vt nec Parochus cum tali periculo potest confessiones audire. Lessius & alij 4. Quamuis hoc etiam affirmant Castro P. & Sancius: Vti & qui ex equitatione obuienti pollutioni solet consentire, posse nihilominus equitare: quia qui ex causâ vrgente se exponit periculo peccandi, non peccat, si determinatam habeat voluntatē non
pec-

peccandi, est enim tunc periculum illud inuoluntarium. *p. 2. tr. 16. ref. 54. & p. 3. tr. 5. ref. 3.*

18 Accubans hoc vel illo modo, & sentiens se ex tali situ in pollutionem cadere, si absit periculum consensus, non tenetur mutare situm, aut aliter decubare. Sancius & alij. *p. 3. tr. 5. ref. 22.* Similiter licitum est sumere medicinam pro uocatiuam effusionis seminis, quando habet alium effectum utilem qui intenditur, ita ut non intendatur pollutio. Turrian. *p. 4. tr. 4. ref. 159.*

19 Non tenetur quis pollutionem in somno inchoatam, euigilans reprimere, quia coepit inuoluntarie, continuatio uero illius est effectus naturalis illius causae inculpabilis. Imò gaudere de illa non ob delectationem, sed ob sanitatem; & illam optare, non est peccatum, ne ueniale quidem. Sà & alij. *3. p. 3. tr. 5. ref. 21.*

20 In rebus ueneris non datur paruitas materia: cum enim nulla sit fornicatio, quin sit p. m. & delectatio sequatur naturam actus; omnis delectatio in hac materia est peccatum mortale. Pontius & alij 8. quamuis contrarium

doceant Sanchez, Salas & alij. 4. *ibid.*
ref. 1. & p. 5. tr. 5. ref. 5. Nam hæc senten-
 tia neque speculatiuè, neque in praxi
 iustinenda est. *in addit. 5. p.*

21 Licet ex iustâ causâ locare domum
 meretrici, vel alicui petenti ad forni-
 candum: quia locare domum est res per
 se indifferens, quæ ex solâ prauâ abu-
 tentis intentione ad malum ordinatur.
 Valent. & Salon. *p. 3 tr. 6. ref. 45.*

22 Scribentes & deferentes litteras ad
 mulierem, quibus ad peccatum inuita-
 tur, peccant mortaliter. Sanchez & alij
 3. etsi contrarium doceat Sà. *ibi. ref. 46.*

M

MALEFICIUM.

Licet petere à sagâ vt maleficium sol-
 uat, quando id potest sine nouo ma-
 leficio, etsi sciatur per maleficium fa-
 ctura. Sanchez & alij 4. *p. 5. tr. 7. ref. 15.*

Matrimonium.

1 **M**atrimonium contractum inter
 infideles, non potest fieri verum
 Sacramentum, etiamsi postea bap-
 tentur. Tamen credere par est, Deum
 eius-